

O. reprobi sunt homines. E.  
Soli reprobi sunt electi.

Syllogismus est in CELARENT, qvia  
major est negans virtualiter, exclusiva enime  
involvit negationem. Conclusio vero est  
falsa, cum repugnet aliquem esse repro-  
bum & tamen electum. Resp. Breviter,  
Major non est universalis, cum tamen becre-  
quiratur ad Syllogismum prima figura.

SOPHISMA. VII.

Impossibile est nullum credentem sal-  
vari.

O. qui credit tantum ad tempus, est cre-  
dens. E.

Impossibile est nullum, qui credit tantum  
ad tempus, salvari.

Resp. Major est particularis, qvia æqvipol-  
lens ejus de modo Necesse est particularis,  
nempe hæc: Necesse est quendam credentem  
salvari. In prima autem figura Major  
non particularis, sed universalis esse debet.  
Ut autem rectius possit cognosci, an pro-  
positio, qvæ habet modum Impossibile,  
sit universalis vel particularis, affirmans  
vel negans, sequentes notentur regulæ,  
(qvamvis suprà aliquid hæc de re dictum  
fuerit.)

I. Si

